

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>  
Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

De litanij aut supplicationibus sermo generalis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

DE LITANIIS

146.

ait: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de  
cælo, filius hominis qui est in cælo.

Joh.3.

Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam  
loqueris, & proverbiū nullum dicis. ¶ In his su-  
is uerbis ostendunt discipuli, quæ in hac ultima cō-  
fabulatione loquens ad eos dñs, de his maxime  
disputabat, quæ illos audire delectabat. Et quan-  
uis ea quæ loquebar, nondum perfecte intelli-  
gerent, tamen se intelligere putares, responderunt,  
dicentes: [Ecce nunc palam loqueris, & prover-  
biū nullum dicis.] Quid uero eorum cogitati-  
ones præueniens, frequenter ea quæ interrogare  
uolebant, non interrogatus in medium profere-  
bat, diuinæ naturæ indicū in eo comprehendunt.  
Vnde & subiungunt, dicentes:

Nunc scimus quia scis omnia, & non opus  
est tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus quia  
a deo existi. ¶ Proprieta nanc est deo, cogitati-  
ones hominum intueri, scriptura testante, quæ ait:  
¶ Para.6 Tu deus solus nosti corda filiorum hominum. Et  
iterum: Quæ sunt in corde hominis, oculi tui ui-  
dent domine. Et Psalmista: Intellexisti cogitati-  
ones meas de longe.

SERMO DE LITANIIS,

id est, de supplicationibus,

& de exordio earum.

**S**ed quia dies litaniarum, id est, supplicationis,  
annua reuolutione recolimus, libet, ppter sim-  
pliores, unde exordium sumperit, breuiter  
commemorare. Non enim absq; euangelica &  
apostolica autoritate, in consuetudinem uenisse  
credendi sunt. Deniq; dñs in cælum ascensurus, cū

spūm sanctum apostolis frequenter se promisisset  
missurum, ait inter cætera: Vos autem manete in  
ciuitate, quoadusq; induamini uirute ex alto. At  
postquam eū cælum ascendisse conspexerunt, re-  
gressi sunt in Ierusalē (ut Lucas euangelista dicit)  
cum gaudio magno, & erant semper in tēplo, lau-  
dantes & benedicentes deum. Vi autem spūm fan-  
ctum promissum accipere mererentur, iejunio &  
oratione se p̄parare studuerunt, sicut idē Lucas Actu. 11  
in Actib⁹ apostolorū cōmemorat, dicens: Erant  
omnes unanimiter perseverantes in oratione, cum  
mulieribus & Maria matre Iesu, & fratrib⁹ eius.  
Postquā autem spūm sancto repleti, ad p̄dicandū  
euangeliū genib⁹ in uniuerso orbe dispersi mis-  
si sunt, hos dies successorib⁹ suis agēdos tradidisse  
creduntur. Et inde deuotio Christiana eos annua  
religione celebrare cœpit, ut ejusdē sancti spiritus  
dono participes fieri mereretur. Q[uod] uero nūc  
non post ascensionē, sed ante ascensionis dñi diem,  
et nobis agūtur, hæc res in causa est. Nam cum ex  
igentibus peccatis, Galliarum populi luporum ra-  
bie acriter interinerentur, nec huius flagelli aliqd  
remedium inueniri posset, congregati traduntur  
Galliarum episcopi apud Viennam præcipuā Gab-  
liæ urbem, atq; in commune statuerunt, ut in tri-  
duano iejunio dñi misericordiam implorarent,  
antiquorum patrū uestigia sequentes. Cumq; ad  
eorum præces oculos diuinæ piætatis respiciēs, fla-  
gelli huius pestem misericorditer abstulisset, hi dī  
es in consuetudinem annuē celebratatis uenerunt,  
ut per Galliarum prouincias ante ascensionis dñi  
diem celebrarentur. Agamus ergo & nos hos di-  
es pro modulo nostre paruitatis, cum summa re-

K ii

uerentia & ueneratione, cum abstinentia carnis & humilitate cordis, non tamen ut uisibilium laporum rabiem euadamus, sed etiam ut inuisibilium, quod melius est, id est, immundorum spirituum tentamenta uincere ualeamus. Fortissima enim sunt arma ieiunij contra dæmonum tentationes, dñō dicente:

**Mar. 17.** Hoc genus non ejicitur nisi in oratione & ieiunio. Non solum contra tentationes ieiunia iuuent, sed etiā ad cognoscenda diuina mysteria mente eleuant. Denique Moyses, ut legem mereceretur accipere, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit. Daniel uero, ut secreta mysteria intelligere posset, non solum in aula Babylonie mirae abstinentiae fuit, sed etiam trium hebdomadarum diebus in oratione & ieiunio permanxit, sicut ipse dicit: Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum dies, panem desiderabilem non comedi, caro & uinum non sunt ingressa in os meum.

**Dan. 10.** Sed neque unguento unctus sum, donec completeretur trium hebdomadarum dies. Ut ergo spiritus sancti dono participes esse mereamur, hos dies cum omni puritate celebrare debemus, in abstinentia prolixiores in eleemosynis largiores. Et unde caro nostra sentit afflictionem, inde pauperum esurie sentiat consolationem. Non solū pro nostris, sed etiam prototius ecclesiæ necessitatibus supplcare debemus, pro pacis, tranquillitate, pro frugū hubertate, pro aeris temperie, pro regibus & gubernatoribus, monente apostolo qui ait: Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus: pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam & tranquillam ui-

**I. Tim. 2.**

ram agamus in omni pietate & castitate hoc enim bonum est & acceptum coram salvatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.

## FERIA SECUNDA POST

Vocem iucunditatis, in litanis  
maioribus. Iacobi. V

Charissimi, Cōfitemini alterutrum pec-  
cata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini  
Et reliqua.

**A**d optimum salutis nostrae remedium hor-  
tatur nos apostolus Iacobus, ut præsenti le-  
ctione cū legeretur, auditis dilectissimi no-  
bis. [Confitemini, inquit, alterutrum peccata ue-  
stra.] Non q̄ deus indigeat cōfessione nostra, cui  
omnia præsto sunt quæ cogitamus, loquimur &  
agimus, sed nos aliter salui esse non possumus, ni  
si cōfitemamur pœnitentes, qd inique gessimus de-  
linquēres. Nam qui seipsum accusat in peccatis su-  
it, hunc diabolus non habet iterum accusare in die  
iudicij. Debet em̄ pœnitens diluere pœnitēdo quæ  
fecit, & non iterum reuocare quod fleuit. Qui aut̄  
abscondit scelera sua, non dirigetur: q̄ aut̄ confes-  
sus fuerit & reliquerit ea, a deo misericordiæ ueni-  
am merebitur æternam [& orate pro inuicem ut  
saluemini. [Duo enim sunt genera infirmitatis hu-  
manæ, id est, corporis & animæ. Proinde uero mon-  
net Apostolus orare deum omnipotentem pro  
utraq; infirmitate nostra pro inuicē diuinę clemē-  
tię remedium postulare, ut & corpus in suo san-  
cto seruitio corroboret, & animam ab æternō li-  
beret supplicio]

Pro. 281

k iii